



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Justina V. M. 13. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

S. JUSTINA V. M. 13. Iulii.

Gemina Dorotheæ JUSTINA est, consimili ferè morte & prodigio à morte consimili illustris. Parentibus orba cum esset, forma tot hostes illi conciliavit, quot procos. At illa, ut cui in amoribus solus JESVS erat, suam etiam Christianis Penelopen ostendit, & mortales procos faciliè cæteros elusit; cum Fabiano Præsidente plusculum fuit luctandum. Devorandæ enim alapæ, ferenda verbera, & uberum carnificina. Atqui hæc inter supplicia talem JUSTINA vultum præ se ferebat, ut inter paradisi amœnitates, quas unas tunc loquebatur, obambulare sit visa. Et oportebat alteri Dorotheæ alterum etiam Theophilum esse. Zenon hic fuit è judicii subselliis primus. Is, cum virgo ad supplicii locum ridens contenderet, rogavit fructus peregrinos sibi è Sponsi hortis transmitteret. Annui capite truncanda JUSTINA. Mox latus Zenonis pugno molliter pulsatur, & donum à mortuâ virgine strophium missum exhibet. Tunc quoque risit, cum strophium acciperet, qui horti munera sperabat. Sed nesciebat ille sub strophio fructus ceterere. Hoc enim dum frontem ridens tergit, ecce omnem animo superstitionem abstergit, Christum & se Christianum tam diu clamat, dum lingua è faucibus execaretur. Caput demum pro Christo ponit, & quod alii tam grave putant, calum ridendo meretur. *Ex Ferrar.*

Quousque hic erimus affixi? adhaesimus terræ tanquam vermes; in caeno volutamus: corpus de terrâ nobis Deus contulit, ut ipsum in calum retrahamus; non ut animam per ipsum ad terram detrahamus. S. Chrysostom. 55. ad pop. Ant.